



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 26. Alii sex Cardinalis a Papa inaugurati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

burg totius exercitus imperium, atque Sæc. XVIII.
 expeditionis futuræ curam detulit. A. C. 1715.

§. XXVI.

Alii sex Cardinales a Papa electi.

Quosdam Præsules suminus Ponti- Guarnac.
 fex jam die vigesima nona Maij t. 2. p. 291.
in pectore ut ajunt, reservatos habuit,
 quos tamen primum die decima sexta
 Decembris evulgavit, aliosque sex re-
 cens ad Purpuram promovit. Hos inter
 primus erat Bernardinus Scottus, Rotæ
 Auditor & Romanæ Urbis Governator,
 Cardinalis Presbyter tit. S. Petri in
 Monte Aureo. II. Carolus de Marinis
 Genuensis, Cameræ Pontificiæ Præfe-
 ctus, Cardinalis Diaconus tit. S. Ma-
 riæ in Aquiro: hunc, inquiebat Ponti-
 fex, *in ipso Pontificatus nostri Primordio*
jam a decennio & ultra sub duobus Præ-
decessoribus nostris Cameræ nostræ Aposto-
licæ generalem Auditorem, adeoque tam
ante, quam post suppressionem venalitatis ejus-
modi officii illo fungentem invenimus, inde
vero post alios ferme novem annos ab eo in
eodem munere transactos ad Pontificii no-
stri Cubiculi Præfecturam, quam sex &
ultra annis exercuit, transtulimus. III. Ni-
 colaus Carracciolus Archiepiscopus Ca-
 puanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mar-
 tini in Montibus. IV. Joannes Patri-
 cius

Sæc. XVIII. A. C. 1715 cius Romanus, Seleuciæ Archiepiscopus, Cardinalis Presbyter tit. SS. Quatuor Coronatorum. V. Ferdinandus Nazzi da Orte seu Nuptius Hortanus, Archiepiscopus Nicenus, Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ. VI. Nicolaus Spinula Geauensis, Archiepiscopus Thebanus & Auditor Camerae, Cardinalis Presbyter tit. SS. Nerei & Achillei.

§. XXVII.

Principum atque Illustrium obitus.

Cimarol.
Mem. p. 762.
Niceron.
t. 14. p. 1.

Præter Ludovicum XIV. Franciæ Regem, insuper hoc anno vivis ereptus est Carolus Josephus de Lotharingia Archiepiscopus atque Elector Trevirensis, qui variolis affectus, die quarta Decembris Viennæ decessit: Ejus Successor die vigesima Februarii anno sequenti proclamatus est Franciscus Ludovicus Dux Palatinus, Episcopus Uratislaviensis & Wormatiensis, necnon Magnus Teutonici Ordinis Magister, Osnabrugensem vero Episcopatum ex pactis Westphalicis die secunda Martii obtinuit Ernestus Augustus Dux Brunsvico-Lunenburgicus, reclamante licet Pontifice, ut infra referemus: Obiit etiam die octava Januarii Franciscus Fenelon de Salignac Cameracensis Archiepi-